



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

IOANN. SLOT. GEF.
LIBER TERTIVS.
CAPVT I.



Osteaquam declaratum est, in quibus ecclesia Catholica & Apostolica consistat, & quibus notis dinosci queat, deniq; ubi de illius vnione, ac quid eam promoveat impediatque ostensum est, superest, nunc vt demonstramus apud hæreticos, omnia esse extranea, & Apostolicæ doctrinæ contraria, ubi & fidei dogmata suspecta sunt, & sacramentorum vsus minimè ecclesiasticus, sed peruersus, & ab Ecclesiæ consuetudine alienus, ubi neq; adest vnionis & pacis vinculum, vt liquidò constare possit, minimè apud eos esse Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Porro sana doctrina, & legitimus sacramentorum vsus ac cultus Dei, quum sit in sola Ecclesia quærendus, constat quoq; etiam apud solâ ecclesiâ esse & inueniri, & nõ apud cõuenticula hæreticorũ. Quod aut hæc
in sola

Ecclesia
sola habet
sanam do
ctrinam,
legitimũ
sacramen
torum vs
um, & cu
tum Dei,

DE
in sola
Lacta
Sola E
cultum
hoc est
Dei. Et
singuli
potissi
tholica
illam e
fessio,
nera, c
carnis
verus c
ra aute
clesia c
in lib
dicens
neque
que in
in cæc
ligio, f
Catho
id est,
stante
tista e

DE RETI. FIDE ORTH. 63

in sola sint Ecclesia Catholica, docet
Lactantius Firmianus lib. 4. c. 4. dicēs:
Sola Ecclesia Catholica est, quæ verum
cultum retinet. Hic est fons veritatis,
hoc est domicilium fidei, hoc templum
Dei. Et iterum: Sed tamen, inquit, quia
singuli quique cœtus hæreticorum, se
potissimum Christianos & suam esse ca-
tholicam ecclesiam putant, sciendū est
illam esse veram, in qua est religio, con-
fessio, & pœnitētia, quæ peccata & vul-
nera, quibus est subiecta imbecillitas
carnis salubriter curat. Hæc ille. Porrò
verus cultus est, vbi vera religio est. Ve-
ra autem religio, in sola duntaxat est Ec-
clesia Catholica. Quod D. Augustinus
in lib. De vera religione c. 6. ostendit,
dicens: Neq; in confusione paganorū,
neque in purgamentis hæreticorū, ne-
que in languore schismaticorū, neque
in cæcitate Iudeorum, quærenda est re-
ligio, sed apud eos solos, qui Christiani
Catholici vel Orthodoxi nominantur,
id est, integritatis custodes, & recta se-
ctantes. Idem quoque Vincentio Dona-
tistæ epist. 48. scribens, afferit ex Catho-
lica

Religio ve-
ra in sola
est Eccle-
sia,

IOANN. SLOT. GEF.

lica Ecclesia, esse omnia dominica sacra-
 menta. De doctrina autem sana in lib.
 De vera religione cap. 7. ait: Huius re-
 ligionis sectandæ caput est historia &
 prophetia, dispensationis temporalis
 diuinæ prouidentia pro salute generis
 humani in æternam vitam reformandi
 atque reparandi. Quæ cum credita fue-
 rit, mentem purgabit vitæ modus, de
 diuinis præceptis conciliatus, & ido-
 neam faciet spiritualibus percipiendis,
 quæ nec præterita sunt nec futura, sed
 eodem modo semper manentia, nulli
 mutabilitati obnoxia, id est, vni ipsi
 Deo patri & filio & spiritui sancto.
 Hanc autem doctrinam sanam in sola
 duntaxat Ecclesia esse quærandam Ter-
 tullianus autor peruetustus in libr. de
 præscrip. hæret. demonstrans inquit: No-
 bis quærendum est adhuc & semper.
 Vbi tamen quæri oportet? Apud hære-
 ticos, vbi omnia extranea & aduersaria
 nostræ veritati, ad quos vetamur acce-
 dere? Quis seruus cibaria ab extraneo,
 ne dicam ab inimico domini sui spe-
 rat? Quis miles ab infœderatis, ne di-
 cam

DE
 cam ab
 & stipe-
 tor & t
 illa intr
 rebat: e
 tunde b
 licet du
 mo ind
 Nemo
 nebrat
 à nostri
 quod s
 ftioner
 vel ob
 ex scrip
 lum iu
 tat eis
 onem,
 sed om
 clesia p
 ostend
 monst
 rectum
 neque
 vnion

DE RETI. FIDE ORT. 64

cam ab hostibus regibus donatium
& stipendium captat, nisi planè deser-
tor & transfuga & rebellis? Etiam anus
illa intra tectum suum dragmam requi-
rebat: etiam pulsator ille vicini ianuam
tundebat: etiam vidua illa non inimicū
licet durum iudicem interpellabat. Ne-
mo inde strui potest, vnde destruitur.
Nemo ab eo illuminatur, à quo conte-
nebratur. Quæramus ergo in nostro, &
à nostris, & de nostro, in quo duntaxat
quod salua regula fidei potest in que-
stionem deuenire. Idem etiam author
vel ob id minimè dicit cum hæreticis
ex scripturis decertandum, quod nul-
lum ius allegandi scripturas compe-
tat eis, quòd nullam habeant possessi-
onem, nullam communionē reliquā,
sed omnia iura illos pariter cum Ec-
clesia perdidisse. Sed omnia specialius
ostendentes atque tractantes, primò de-
monstrabimus apud hæreticos non esse
rectum sacramentorum vsum, deinde
neque sanam doctrinam, denique neq;
vnionis & pacis vinculum.

Luc. 15

Luc. 18.

Luc. 28.

Cap.